





Specimen juridicum inaugurale de forma litterarum cambialium


<https://hdl.handle.net/1874/321387>




Doctrina Miscell.
Quarto No. 192.

1. Zubli, A. J. De forma litterarum
Scambialium.
2. Berlin, G. De circulatione in caro
cranii.
3. Reede, J. F. van. De paribus Topar,
chicis, quae dicantur, ratione
habita novissimae legis imperii.
4. Voorduin, G. L. De vi novae legis
fundamentalis vide ab ipsis
promulgatione computanda.
5. Enden, C. A. van. Theses jur. inaug.
6. Bisshop, Th. J. Roosegaarde. id.
7. Bruyn, A. H. del. id.
8. Baumhaer, J. S. G. van. id.







SPECIMEN JURIDICUM INAUGURALE
DE
FORMA LITTERARUM CAMBIALIUM,
QUOD,
FAVENTE SUMMO NUMINE,
EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI
HERMANNI JOHANNIS ROYAARDS,
THEOL. DOCT. ET PROP. ORD.,
NEC NON
AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU
ET
NOBILISSINAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,
PRO GRADU DOCTORATUS
SUBMISQUE IN JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS ET PRIVILEGIIS,
IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,
PUBLICO AC SOLEMNI EXAMINI SUBMITTIT
ABRAHAMUS JOHANNES ZUBLI,
AMSTELAEDAMENSIS.

AD DIEM XVIII M. JANUARII MDCCCL, HORA I.,
IN AUDITORIO MAIORI.

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA
P. ELLERMAN.

MDCCCL.



СИЛАНИЯ КИЕВСКАЯ ПАНО

СИЛАНИЯ КИЕВСКАЯ



deinde exinde admodum multo tempore postea
dico quod propter illud tempore et nullum posse
fingi. Namque non potest nisi inveniatur.

MATRI CARISSIMAE SACRUM.

АУДИОЗАМЕСТРАСТЬЯ

etiamque non solum quoniam sed etiam occidit apud eum
conspicuum est, ut ex officiis temporis amissione, te
quoniam de hunc tempore natus esq; si adsequatur anno
tempore libet, tunc tempore libet, natusque libet.
et cum multis inveniatur in consimiliis conditionibus, qualiter
etiam in conditione, quodlibet in aliis, ut tempore anno
*Cum mihi contingat studiorum finem fere attigisse,
duo mihi peragenda restant: unum, ut dulci proque
fungar officio, iis gratias agendi qui optime de me
meisque studiis sunt meriti, alterum ut verbo moneam
de qualicumque a me conscripta disputatione.*

*Eorum scilicet optimorum virorum eo magis grata
fuit benevolentia necessarumque auxilium, quo magis
iis, patre quippe optimo carissimoque derepente orba-
tus, iis indigebam. Vos itaque, viri Clarissimi,*

G. A. DEN TEX, J. VAN HALL et M. DES AMORIE VAN DER
HOEVEN, tu imprimis clarissime VAN HALL propter bene-
ficia complura in me collata, grati mei animi accipite
testationem. Vestra vestrorumque erga me meritorum
pia recordatio nulla delebit dies.

*De disputatione vero hoc unum moneo, me specimen
et specimen sermone latino pro viribus conscripsisse,
cum utrumque in lege quae hodieque viget ab alumno
Athenaei exigetur. Quodsi quis dicat ejusmodi speci-
mina peritiores auctores desiderare et argumentum parum
esse aptum ut latine de eo disputetur, neminem magis
quam me ipsum habebit adsentientem.*

DE FORMA LITTERARUM CAMBIALIUM.

Disceptatus de forma litterarum cambialium, ita satis recte rem meam me peregrisse censerem, si mihi contigisset primum probabiliter enarrare naturam cambii, quale sese in quotidiano vitae usu nobis offert; deinde vero ejus instrumentum ulterius examinare.

CAMBII NATURA.

Cambium vel de permuteda pecunia usurpatum, sive ipsi nummi tantum sive etiam locus ubi solvitur pecunia permutedetur, vel significat professionem eorum, qui talibus negotiis assidue factitandis lucram sibi quaerunt. (Bankiers etc.)

Posteriorem notionem, quae ab hoc disputationis meae argumento aliena est, verbo indicasse satis habeo: prior vero, ut ea quae sequuntur rite intelligi possint, latius explicanda est.

Commercium hominum inter se cum permutationibus totum contineretur, universalis indigebat medio, quod eas faciliores redderet. Hoc medium — pecunia numerata (1) —

(1) Cf. I. 1. Dig. (XVIII. 1) „de contrah. emt.”

cum tamen tantum sufficeret civibus ejus populi, cuius publica auctoritate erat percussa, (1) mercatura inter diversos hujus orbis populos originem dedit cambio, quod, diversarum gentium monetarum vitans alioquin necessariam permutationem et vecturam, extraneam in loco peregrino monetam praebet patriam in urbe habitationis solventi.

Instrumento utitur inter alia litteris cambialibus quae repreäsentant illam, quam dixi pecuniam extraneam.

Traditio talium litterarum sequi potest diverso e titulo, e. g. ex emtione venditione, donatione etc.

Distinguendum igitur est instrumentum (litterae cambiales) a causa cur requiratur: Causa sive titulus, qui litteris cambialibus locum dedit, ad ipsum jus cambiale nihil pertinet: hoc jus oritur demum scriptis vel acceptatis litteris cambialibus, quae solae illius juris objectum efficiunt; jus cambiale idcirco alienum est a titulo quo litterae cambiales tradi debent: oritur a modo quo repreäsentatio fit in litteris cambialibus pecuniae, cambii objecti.

Haec repreäsentatio locum obtinet et originem dicit ab officiis singularibus, quae universali quodam gentium consensu, jure cambiali severo sancito, praestari debent ab iis, qui in litteris partes egerunt.

In hoc repreäsentationis modo, tantum in litteris cambialibus constanti, ratio quae partes iis adduxit, sedulo est distinguenda a necessitudine, quae oritur ex actione ipsa, quae scribendis litteris cambialibus contrahendaque

(1) Exceptis excipiendis e. g. florenorum X monetis Hollandicis, quae usque in Turcia solvendo inserviunt.

nova quasi litterarum obligatione (wisselteekening) continetur.

Exemplo doctrina illustretur.

Amstelaedamensi (A) a Berolinensi (B) 1000 Ryksd. Cour^t. debentur, quae permutanda et mittenda Amstelaedamum essent, nisi cambium facultatem paeberet solvendi sine vecturae periculo atque impensis.

Nummulario (bankier) vel proxenetae cambiali (wisselmakelaar) Amstelaedamensem adeunti venditio committitur 1000 Rd. Cour^t. Berolini certo tempore solvendorum. In publico mercatorum conventu (beurs) rationem mercatori nummularius reddit negotii in ejus commodum contracti eique indicat personam cui (C) et pretium (koers) quo vendiderit. Litterae cambiales, pro quibus A postridie pecuniam accipit, haec continent.

Amsterdam 1 Julij 1848.

goed voor 1000 Rd. Cour^t.

Op zigt gelieve UEd. te betalen tegen dezen mijnen prima wisselbrief aan C of order, de som van Duizend Rijksd. Cour^t. waarde genoten en stel op rekening als per advies van

Den Heere B (get.) A.
te Berlijn.

Si moneta Hollandica Berolini vilior est quam Berolinensis Amstelodami, debitorem ut mihi pecuniam mittat sive remittat (remises) rogo, cum Berolinensis tot Hollandicos florenos emit quot respondent 1000 Rijksd. Cour. in sua urbe, et mihi hanc litteram mittit:

Berlin 1 Juli 1848. gut für f 1735 (Holländ.)

Nach Sicht zahlen Sie gegen diesen meinen Primawechsel an die Ordre des A. Siebzehnhundert fünf und dreisig

Gulden Niederländ. Werth empfangen und stellen ihn auf Rechnung laut Bericht

Herrn D B.
in Amsterdam.

Ad haec autem peragenda requiritur praeterea in commodum trassati (B in prima, D in secunda epistola) nuntius, qui peculiari epistola solet contineri (adviesbrief) de facto trassantis (A in prima B in secunda littera) se praesentanti (nemer) [C in prima, A in secunda littera] misisse litteras cambiales, quae acceptanda et solvenda committuntur. Necessitudo, a jure cambiali aliena, inter trassantem et trassatum oritur sive per acceptam illam epistolam (adviesbrief), quae, subsecuto silentio vel expresso responso — prouti ferat vel consuetudo loci vel ipsarum partium usus — ad litterarum acceptationem constringit; quae acceptatio, jure cambiali, trassatum, qui acceptavit, ad solutionem obligat; sive oritur acceptandi litteram cambialem obligatio e conventione principali (e. g. emtione venditione) ipsa, qua verbis expressis, consuetudine inter partes sive usu mercatorio, solutio per cambialis severi juris medium stipulatur.

Solutionis, mandati, negotiorum gestionis, mutui, donationis etc. effectus possunt esse, quae trassatum ad acceptandum ducant; patent haec a jure cambiali aliena esse: solvendi obligatio, acceptanti incumbens, oritur non ex his causis, quae acceptationi lucem dedere, sed tantum e facto (acceptatie) ipso, quo trassatus factus est acceptans.

Hujus loci non est investigare, quomodo cohaereant:

Justa causa quae in omni contractu requiritur (1) et irrevocabilitas acceptationis (2).

Spectanti duas litteras cambiales, jam statim patet C in prima et A in secunda littera eadem uti conditione, qua unus C — a negotio alienus — solutionem repetit a debitore, alter (A) eam repetit a D, etiam negotii inscienti.

Natura contractus cambialis, quae fidem (crediet) litteris tribuit, creat opportunitatem, aliquem solvere posse per personam plane ignotam, quo cum ei nulla est obligatio, quo cum ei hoc tantum commune est, eos in eadem urbe habitare. Patet me hic loqui tantum de simplici cambio, quod etiam hoc non semper requirit, ut solutio fiat.

Is autem, qui semel in litteris cambialibus locum tenent, licet etiam a negotio primario alienis, jam nascuntur ea jura et officia, quae ex contractu cambiali oriuntur, quem subscriptione litterarum inivere, quae, cum tantum ex ea subscriptione oriuntur, a rationibus, quae partes ad eam duxere — causa a nonnullis contractus cambialis dicta — satis vix dici possunt esse sedulo distinguenda. Modus, quo talis sibi alienorum hominum fit conjunctio, concursu constat debitorum et creditorum in iisdem urbibus, quae per easdem personas (bankiers etc.) solvunt et debitum accipiunt.

Quamquam hodie tantum usurpentur litterae cambiales in quibus tres figurant personae, olim perfectae tantum eae dicebantur litterae, in quibus quatuor aderant personae.

(1) Cf. Burg. Wetb. art. 1356. 4º.

(2) Cf. Wetb. v. Kooph. art. 119.

In memoriam revocemus primam supra expositam litteram cambialem. C, cui facultas datur de litteris disponendi, sit Amstelaedamensis; ut litteris utatur, Berolinensis aliis requiritur, qui pecuniam apud B accipit, nisi ipse C in Borussia peregrinans se apud C conserat; Berolinensis, qui hic requiritur, quarta est persona. Si C est Berolinensis, littera ei vendi tantum potuit per interventionem Amstelaedamensis, qui trassanti A litterarum pretium solvat, nisi A per litteram solvat C debitum, quae necessitudo accidentalis praeter litterae cambialis est requisita.

Quarta haec persona hodie per indossamentum litterae inseritur.

Dictis litteris utentes, singamus C Amstelaedamensem, et eum litteras, quas emit, filio suo D Berolini habitanti dono dare.

Litterae cambiales sine indossamento sive perfectae:

Amsterdam 1 Julij 1848.

Goed voor 1000 Rd. Cour^t.

Op zigt gelieve UEd. te betalen, tegen dezen mijnen prima wisselbrief, aan D of order de somma van duizend Rijksd. Cour^t. de waarde ontvangen van C, en stel het op rekening als per advies van

Den Heere B. (get.) A.

te Berlijn.

C. hic vocatur numerans, waardegever, Remittent. D praesentans, nemer, Nehmer.

Litterae cambiales cum indossamento.

Amsterdam 1 Julij 1848.

Goed voor 1000 Rd. Cour^t.

Op zigt gelieve UEd. te betalen, tegen dezen mijnen prima wisselbrief, aan C of order de som van Duizend Rijksd. Cour^t. waarde genoten en stel op rekening als per advies van

Den Heere B. (get.) A.

te Berlijn.

in dorso

Voor mij aan D. of order, waarde genoten.

Amsterdam 1 Julij 1848.

(get.) C.

Vocatur nunc C praesentans, nemer, Nehmer, in litera cambiali et in indossamento indossans, D vocatur indossatus.

Non semper praesentans est civis trassati; neque mirandum hoc est; nam, quamquam moneta in loco, littera enunciata, tantum accipi potest, tamen saepe vilitatis quaestusve causa in alios locos mittitur, ubi ea cum majori lucro vendi potest (1). Hujus opusculi consilio non respondet ulterior disquisitio de lucro acquisito vel minore sumtu impenso per trassationem *non a drittura* sed per locos interpositos. Scientia haec — nummiliarii (bankier) et mercatoris postulatum — vocatur »Wisselarbitrage.»

Quodque negotium cambiale non semper novam requirit litteram cambialem, praefertur imo littera quam plurimis

(1) Cf. Say, „Cours d'oeec. polit.” III. 21. Phoonsen, „Wis selst. v. Amst.” Cap. III. IV. Montesquieu, „Espr. des Lois.” XXII. 10.

indossamentis praedita, quae propter officium juris cambialis indossantium correale (solidair) de solutione, maiorem praebet cautelam. Pecuniae dispositio aequa per indossamentum atque per novas litteras tribuitur. Mercatoribus denique obligationes fere omnes divisioni subsunt, etiam erga creditorem ipsum, (1) quae solutione pecuniae, (quod fere semper per cambium fit) constant. Littera cambialis partim acceptari et solvi potest secundum art. 120 et 168 Cod. Comm. etc. Rationes datorum et acceptorum (Rekening-Courant) securitatem praebent non iteratae petitionis; silentio concessa computatione usurarum, temporis quo debeatur et quo solvatur habita ratione, in ipsis iis rationibus, de damno, quod inde sentiri posset, cavetur.

Haec — pro hujus ambitu — de natura Cambii sufficiant.

PRACTICA LITTERARUM CAMBIALUM RATIO.

In primis hic referto ad litterarum cambialium exempla, quae praecessere ut natura cambii recte demonstraretur.

Utilitas litterarum, in quibus quatuor figurant personae, versatur praesertim circa numerantem, qui, liber a subscriptione, jure cambiali non obligatur, cum alioquin, primo figurans tamquam praesentans (nemer), postea subscribens tamquam indossans, correaliter obligaretur de solutione.

(1) Cf. Burg. Wetb. art. 1335 initio.

Hic usus perfectae sic dictae litterae cambialis etiam superest et utilitatis causa adhibetur in indossamento, ubi numerans initialibns enunciatur, eodem modo quo fieret in littera cambiali ipsa:

Voor mij aan O. of order, waarde ontvangen van P. — Amsterdam..... (get.) Q.

Eadem utilitas secundum » die Allgemeine Deutsche Wechselordnung », § 14, attingitur per in ea concessam facultatem indossanti, qui liberare se potest ab omni actione, additis verbis » ohne oblico » sive » ohne gewahrleistung. »

Pecunia cum mihi opus est vel debetur in loco, quo cum commercium cambiale non est, utor littera domiciliata, nimirum vulgari littera cambiali, addito post nomen trassati, loco solutionis, e. g. Den Heere Y. te Amsterdam, betaalbaar bij den Heer Z. te Buiksloot, nisi trassatus — secundum epistolam (adviesbrief) a me missam — in acceptatione ipsa locum addit solutionis. Ultimo modo me agenti, praesentans consilio meo respondere non requiritur; si vero acceptans in eadem urbe alterum solventem demonstrat, solutio recte ibi constituitur. Tendum est in littera domicilitata alium acceptare alium solvere.

Si pro alio litteras trasso cambiales, cum mandato vel sine eo, utor vulgaribus litteris, addo post relationem temporis solutionis me pro alio trassare, verbis e. g. » op order van » et litteras subscribo. Quamquam demonstrans meum mandatum, teneri non possem jure civili, teneor tamen jure cambiali. (1) Hujus loci non est

(1) Cf. „Wetb. v. Kooph.” art. 103, 106, 122. I^o.

de officiis loqui mandantis, in cuius nomen littere sunt trassate; quamquam litteras mandans non subscriperit, adest regula » quod quis per alium fecit id ipse fecisse videtur.” Harum litterarum usus obtinet si trassatio ab altero loco praestat, si trassans est absens, si scribere non potest etc. In hac casu per instrumentum in originali editum (1) coram Notario perfectum et continentem justam causam cur non subscriperit (2) talis trassatio pro alieno computo (rekening) vitari posset.

Praesentante et trassante in una persona conjunctis, haec forma litterarum cambialium adhibetur » UEd. gelieve te betalen etc. aan mij zelven of order” vel » aan de order van mij zelven.” Germanici vocant » Tratte” tales litteras, assimilantque » Eigenen Wechseln” (3) (promessen, orderbriefjes). Revera tantum indossamento usum possunt praestar cambiale.

Inseriunt praesertim iis, qui facto pro alio trassantes verbis exprimere nolunt et iis, qui tali modo debitum in loco alieno accipere conantur, quod propter incertitudinem de solutione vulgari cambio locum dare non potest. Talis » Tratte” mandatario indossatur, qui accipit » ter in-cassering.”

Trassantem et trassatum eundem esse litterae cambialis naturae non respondet, Francica, nonnullae Germanicae neque nostra lex hoc nomen tribuunt iis litteris, quae

(1) Cf. „Wet op het Not. Ambt.” art. 38 l. 2.

(2) Cf. „Wet op het Not. Ambt,” art. 30 l. 1.

(3) Cf. Einert, „Wechselrecht,” S. 66—165.

notantur tamquam billets à ordre (1), eigene Wechsel (2), promessen vel orderbriefjes (3).

Jure patrio aderant sub nomine cambiarum siccarum, desumto eo, quod locorum mutationem non experiuntur. Cum vulgaribus cambialibus litteris vocabantur in antithesi »rentenierswissels» et parvo honore habebantur (quamquam vetitae non essent) (4). Quod tribuendum videtur causae cur jure canonico vetentur, nimirum propter opportunitatem quam vexationibus in debitores praebuerunt per 6% a 8% usurarum et corporalem coercitionem quam effectus habuere tamquam litterae cambiales. Recte igitur jus nostrum coercionem corporalem adimit iis »promessen» quae res commercii non habent fontes (5).

Distinguendae tamen sunt species litterarum cambialiū siccarum. (promessen) Eae, quae »deposito-wissels» vocantur, vulgaribus tantum aequales sunt quoties e re mercatoria oriuntur cum coercionem secum ferunt corporalem; longe vero abest ut hoc de ceteris dici possit. Licet enim initio similes sint, per indossamentum vulgaribus cambialibus assimilantur litteris, quae sunt accep-

(1) Cf. Code de Comm. I. 8. II. art. 187. 188. Erant permissa per „ordonn.” 1673. art. 17. 18; defensa „edit” 1716; denuo sancita „declarat” 21 Janu. 1721. Cf. Persil I. 440. Nougnier I. N°. 321. Pardessus („Cours de dr. comm.”) N°. 335. 478—481.

(2) Cf. „Die Deutsch. allgemeine Wechselordnung.” § 96—100.

(3) Cf. „Wb. v. Kooph.” I. 7. art. 206—209.

(4) Cf. Phoonsen, „Wisselst. t. Amst.” c. XXXIX. Heinecc, „Wisselr.” van Reitz. II. 20—21.

(5) Cf. „Wetb. v. Burg. Regtv.” art. 586. N°. 3.

tatae, nam verbis utitur trassans et trassatus » ik neem aan” vel » ik beloof.” Cum quisque contractus cambialis separatim est spectandus, coercitioni corporali indossantes non subesse, dici non possunt. Accedit plerasque tales litteras cambiales revera a negotiatoribus esse profectas. Tempus solutionis in litteris cambialibus definiendum est dies definitus, vel, dies in potestate partium i. e. praesentantis.

Primus modus perficitur diei nominatione ipsius, sive indicatione opportunitatis (jaarmarkt) quae litterae vocabantur cambia feriarum, cum ceterae dicebantur cambia plateauarum sive irregularia (1) sive indicatione temporis post trassationem; (1/m. na dato) hoc tempus per dies definiri potest sive per » uso's” quorum spatium 30 dierum vulgo sancitur (2). In die Deutsche Wechselordnung § 4. №. 4 uso's usus est prohibitus. Secundus modus verbis » op zigt” vel » aliquot dies na zigt” exprimitur.

Moratio quae verbis » a piacere” » respijtdagen” etc. acceptanti concedebatur in plerisque legibus est vetita.

Litterae cambiales praeterea muniri possunt verbis » voor aval” quae, in securitatem solutionis, correalem constituunt fidejussionem, vel verbis » in geval van nood” » au besoin” (noodadressen) quae constituunt solutionis acceptantis substitutionem a trassanti vel alio datam, vel initialibus » S. F.” verbisve » sans frais,” quarum consi-

(1) Cf. Phoonsen, „Wisselst. t. Amst.” c. XIV. § 2. Heinecc, „Wisselr.” door Reitz. II. § 12 etc.

(2) Cf. „Wetb. v. Kooph.” art. 152 et in primis nota viri erudit. de Martini de vario usu apud alios populos.

lium est sumtuum alioquin necessariorum protesti neglectionem petere, si fortasse acceptatio vel solutio non accedit.

Acceptatio fit litterarum cambialium in chartae inferiori parte et vulgo quidem in latere ad manum sinistram, sive verbis expressis »geaccepteerd» sive tantum subscriptione. Si littera tantum partim acceptatur additur »accept voor...» »goed voor...» etc.

Solutionis testimonium litterae inscribitur verbis »voldaan» subter ultimum indossamentum, cui subscriptio praesentantis (houder) additur, littera acceptanti solventi datur. Si pars tantum solvitur, in littera mentio de hac partiali solutione fit, quae ipsa manet apud praesentantem, qui apocham (quitantie) de solutione acceptanti dat.

Addenda sunt quaedam consuetudines in cambialibus litteris, nimirum:

1º. pecunia, quae litterae est objectum, bis in verbis et in notis (cijfers) securitatis et facilis conspectus causa exprimitur.

2º. indossamentum a prudenti semper incipitur in dorso ejus loci, quo subscriptio est trassantis, ne ejus subscriptio tolli facile possit absque eo ut illud factum esse appareat.

3º. Summa in litteris expressa non semper solvitur. Si e. g. debitum est factum in alia regione quam ubi litterae solvendae sunt, moneta loci illius exprimitur a trassante incerto de ulteriori litterarum cursu. Deducitur illa moneta ad monetam loci ubi solvitur (1).

(1) Cf. „Wetb. v. Kooph.” art. 156 al. 1. „Cod. de Comm.” art. 143 etc.

4º. Littera cambialis conficitur per exemplum primum secundum etc. Hae omnes idem ut contineant necesse est, exceptis — ut patet — iis quae propter naturae diversitatem mutari debent, quae ad duo argumenta referri possunt: » betaal dezen mijnen prima — secunda — tertia » etc. wisselbrief” et » betaal tegen dezen mijnen prima wis- » selbrief de somma etc.” » betaal tegen dezen mijnen se- » cunda wisselbrief, de prima onvoldaan zijnde, de somma etc.” Eo inserviunt plures hae litterae, ne perdantur, ne acceptatio primae obstet quominus littera cambialis vendatur atque remittatur, cui negotio tune secunda inservit.

5º. Si plura sunt indossamenta, ita ut in dorso litterarum cambialium omnes contineri non possint, formae similis charta ei jungitur, indossamenta continuata serie inscribuntur. Cavetur de tuto novae illius chartae usu, quae *allonge* dicitur, per inscriptionem indossamenti pro parte in ipso litterarum cambialium instrumento primario, pro parte in annexa chartula quae ita divelli ab illo facile non potest.

THEORETHICA LITTERARUM CMBIALIUM RATIO.

Quaestio de forma litterarum cambialium arcte cohaeret cum ejus natura. Ratio hujus necessitudinis non inventur in juribus et officiis, quae e forma — i. e. e verbis ipsis litterarum cambialium — proficiuntur; multum enim abest, ut tantum e forma juris necessitudo oriatur. Forma vero litterarum cambialium ejus demonstrat

originem, forma illa non est inventio quaedam humani arbitrii, quae rei extanti accommodata est, sed forma aderat ante negotii vigorem, plures tales formae creaverunt mutuam gentium conventionem circa talem formam; summatim, consensus universalis huic formae agnoscebat jus cambiale.

Licet semper mores praecedant, postea accedat lex, quae, hos mores regulans, necessario iis formam quandam praescribit, in cambio tamen hi mores et consuetudines non tantum rem sed praeterea formam sine lege et ante eam creaverunt, cui postea jura et officia peculiaria tributa sunt.

Sedulo distinguendum est inter cambium, quale fuit initio et quale se hodie amplificatum nobis offert. Cambium olim vix plus continebat quam mandatum creditoris (trassantis) in debitorem, (trassatum) ut debitum hic solvat alteri (praesentanti) in suum locum, (subrogatie) ita ut saeculo XIV^o vetitum fuerit, litteras cambiales indossare: hodie vero extraneam ipsam monetam repraesentare dici fere possunt (1), imo a nonnullis (Einert) moneta ipsa habetur (2). Hoc extremum, quamquam mihi respondere rationi, qua repraesentatur pecunia, et cautioni, a subscriptoribus praestanda non videtur, practici usus naturae valde est consentaneum.

Hujus antiquae et posterioris naturae diversitatis justa notio dicit ad veram aestimationem verborum significationis quae litteris cambialibus insunt, arcet tamen simul

(1) e. g. ut bankbriefjes, kassiersbriefjes etc.

(2) e. g. ut muntbiljetten.

ab omni effectu, qui directe e verborum compositione deduci posset.

Verba non sunt voluntaria quibus quis utatur; omnia expresse requiruntur, quae litteras cambiales componunt, licet eorum dispositio diversa sit a vulgari modo usurpata, licet alia verba quam consuetudinaria, quae tamen iis respondeant, adhibeantur. Ratio hujus rei ea est, ne jus severum cambiale tribuatur negotiis ei alienis, ne negetur negotiis similibus verbis alienis expressis.

Everbis ipsis non oriri juris necessitudinem inter figurantes personas, docet etiam primus atque universus rei conspectus. Quomodo e. g. correalis obligatio indossantium (1) oriatur e verbis » voor mij aan... waarde genoten.” Aequum omnino est ut is, qui litterarum aestimatione atque pretio (valorem dicunt) fructus est ipse, efficiat ut is cum quo contraxit etiam iis utatur, sed justum non est, nisi peculiari cautioni sanciatur obligatio. Quomodo *provisio*, transanti incumbens, oriatur e verbis » UEd. gelieve te betalen »aan... waarde genoten?”

Verbis existentibus, hae et aliae obligationes sunt tributae per consensum universalem, moribus existentem, postea per diversas legum, eorumque placitorum quae legis vicem obtinent (»ordonnances” »declarations” »willekeuren” codificatione) sanctionem confirmatum.

Litterarum Cambialium formae optimam tradit descriptio-
nen art. 100 »Cod. nostri Comm.”, cuius explicatio hanc
liceat ducere disquisitionem.

» Een wisselbrief is een geschrift, uit eene plaats gedag-

(1) Cf. „Burg. Wetb.” art. 1860 2^e, 1331 de natura hujus fidejussionis correalis.

»teekend, waarbij de onderteekenaar (trassans) iemand
»(trassato) last geeft om eene daarin uitgedrukte geldsom
»in eene andere plaats, op of na zigt, of op eenen be-
»paalden tijd aan eene aangewezen persoon (praesentanti)
»of aan deszelfs order te betalen met erkennung van ont-
»vangene waarde of van waarde in rekening.”

»EEN WISSELBRIEF.”

Nomen solemne est, quod ei tribuitur, saepius tamen in scriptis usurpatum quam in sermone, quo saepe cambii (wissel) magis quam litterarum cambialium fit mentio. In lingua Francica (»lettre de change”) et Anglica (»Bill of exchange” sive »Bill”) *litterarum* enunciatio requiritur; lingua Germanica tantum »Wechsel” cognoscit.

Hanc »litterarum” adjectionem plane convenire cambii origini vix est ut dicam deliberanti, primum eos maxime usos fuisse, quibus contigit, ut in eadem vel cambii proxima urbe creditorem et debitorem habentes per unius solutionem alteri solvere potuerint. Hac opportuinate ut si vellet, amico (eorum civi) committendum eret debitum exigere et solvere creditori, sive subrogatio debitori erat nuntianda in favorem creditoris ejus creditoris. Epistola sive littera adhibebatur tamquam nuntium et tamquam testimonium, (si ultimo medio utebatur) recte debitorem solvisse, quamquam non suo creditori sed ejus creditori.

Verbis quibus in conscribendis litteris cambialibus utun-
tur homines, *litterarum* sive *epistolae* appellatio non semper
convenit. Trassans scilicet qui, vulgari forma supra descripta
utens, verbis in inferiore ad manum sinistram litterarum
parte trassatum indicat, veram inscriptionem (adres) episto-
lae addere videtur; forma vero *Assignmentis* cum utitur,

indicans trassatum initio »A gelieve te betalen etc.” substitutionem creditoris potius quam epistolam confecisse videtur. Quod vario huic usui hodierna cambii natura universalis — ab epistola aliena — accedit, fortasse litterae omissio vituperanda non foret.

In recenter proposita »allgemeine Deutsch. W. Ordnung” (1) requiritur tamquam substantiale »die Bezeichnung als Wechsel” ne inscii in errorem de natura negotii, cui subscribunt, ducantur, sanciens cambialem non esse litteram id documentum, quo cambii mentio latitabat, sed non apparebat expressis verbis. Tamquam substantiale litterae cambialis hujus »cambii” enunciatio non requiritur neque apud nos, neque apud Francos, Gallos, Hispanos, Italos et Anglos.

Forma est nimis usitata atque generalis quin hujus verbi omissio saepe accideret. Si tamen per inertiam littera hoc verbo caret, deceptus tantopere imperitus e negotiorum concursu plus quam ex uno verbo »Wechsel” praesumi potest rem, quam peregit, cognovisse. Praeceptum Germanicum cohaeret cum proposita universalis »Wechselfähigkeit” (2) quae olim tantum mercatoribus et non nullis aliis — feminis, studiosis etc. exceptis — concessa erat (3).

»Een wisselbrief is EEN GESCHRIFT.”

Scripturae mentio prohibere non videtur ne quis verbo-

(1) Abschnitt II. I. § 4. Abschn. III. I. § 96. Preuss. Entwurf, § 4. N°. 1. „Het Duitsche Wisselregl.” Amst. 1849 in praefat.

(2) „Allg. D. W. Ordn.” I. § 1.

(3) „Allg. Pr. Landr.” II. 8. § 713. „Han. W. Ordn.” § 3.

rum partem typis exprimat, pleraeque enim litterae cambiales sunt formulae typis constantes, in quibus vacant supplenda nomina, pecuniae quantitas, etc.

Has formulas denuo non semper easdem esse, sequitur ex iis, quae de verborum solemnitate praecessere. Lex tacet, sinit igitur variationem; adest praeterea decisio Ministri Regis Francici 22 Novemb. 1818 quae eandem professa est sententiam, cum quaereretur de registrationis formalitate, cui litterae cambiales non subsunt. Eadem ratio sancit permissionem litterarum cambialium coram Notario factarum, de quibus supra monui.

»UIT EENE PLAATS GEDAGTREKEND“
mentio nimirum loci unde et diei quo littera trassatur.

Loci requiritur mentio ne ei, qui fortasse restitutionis habent jus, ignorant domicilium trassantis, quod aliunde non appareat; ut adsit opportunitas pretium (koers) in ea restitutione computandi (1); ne loci confectionis inscius sit inquirens de cambialium litterarum requisitis, cum locus regit actum; (2) ut constet de »remise de lieu en lieu“ a Phoonsen »het merg en sap“ dicta, qua deficiente litera cambialis sit assignatio.

Quod hodie vulgo »datum“ dicitur, continet loci et temporis enunciationem.

Annotatio diei sine aliis formis neque aliis requisitis per se hic parit efficaciam erga tertios. Particulare est quid, quod ceteroquin documentorum a privatis confectorum dies enunciatus, tantum valet inter partes; nisi regis-

(1) Cf. „Wetb. v. Kooph.“ art. 188.

(2) Cf. „allgem. d. W. Ordn.“ II. 15. § 85. al. 2 et 3 contrarium „quid sanciens. — „Alg. Bep. v. Wetg.“ art. 10.

trationis solemnitate, morte, relatione in authentico instrumento sive confessione ejus, contra quem valere cipiuntur, quot diem attinet, actis his publicis sint similes, quae prae sumptionem juris et de jure offerunt ad falsi inscriptionem usque.

His litteris a registratione liberis, diei enunciationi fides erat tribuenda, ne maxima pars litterarum cambialium efficacitatem privaretur.

Est autem diei enunciatio litterarum cambialium efficax, nam

1°. Solutionis et usurarum computationis justitia probatur sic a litteris cambialibus, quae quasi mercatorum annotationis in libris accepti et expensi (Rekening-Courant) justitiam probant, imo eorum sunt testimonia et fundamenta.

2°. Eae litterae, quarum solutionis tempus computatur a die quo eduntur, re vera nunquam solutionis causa praesentari possent, nisi tempus esset expressum editionis.

Idem valet de litteris, quarum solutionis causa praesentatio pendet ab arbitrio domini, (houder) » betaalbaar op of na zigt,» quot attinet trassantis, indossantium etc. cautionem, quae in omnibus fere legibus termino ad quem, computando a die editionis, limitatur.

3°. Novum offert argumentum contra eum, qui litteram creavit tempore, quo vel perdidit administrationem suorum bonorum (1) vel quo lex eum prae sumit id fecisse in fraudem creditorum (2). Ut valeat, requiritur praeter

(1) Cf. „Wetb. v. Kooph.” art. 770. 905. al. 1. 2. „Wetb. v. B. Regtsv.” art. 888. art. 720. al. 2.

(2) Cf. „Wetb. v. Kooph.” art. 773—777. „Burg. Wetb.” art. 1377 etc. „Wetb. v. Kooph.” art. 923. „Wetb. v. B. Regisy.” art. 891.

mendacium (falsum?) in libris falsum in scripto, necessaria enim mutatio in die enunciato in favorem creditoris injuste praelati.

Quaeri potest num talis mutatio dolo (boos opzet) commissa constituat crimen falsi.

Hujus loci non est ampla disquisitio, sufficient quamdam animadversiones. Falsum requirit ut dolo malo et quaestus spe veritas mutata sit eorum, quae ad bonam fidem sunt exstructa, unde periculum imminet. — Hoc in Code Penal 1810 (1) sancitur verbis »un faux en écriture de commerce, par altération de clausules, de déclarations ou de faits, que ces actes avaient pour objet de constater etc.” Tempus editionis re vera esse »un fait que la lettre de change avait pour objet de constater” vix negari non potest. Dolus malus extrinsecus adesse debet, nam quaeque mutatio in littera cambiali supponere dolum dici non potest. Spes quaestus fortasse mutatione ipsa (propter usurarum computationem) a ministerio publico deduci posset. Ceteroquin ipse ille qui vires intendit mutandi causa, non quaestum sperasse vix dici non potest. Diei enunciationem non esse id, quod fidei causa est introductum, dici non potest, cum non tantum inter partes sed etiam erga tertios efficax sit. Periculum imminens unum fortasse in omnibus conditionibus non adasset.

Poena quam luit falsarius — conditione accedente gravante — Cod. Penal 1.1. sancitur »travaux à temps”, quae jure nostro mutata est in reclusionem 15 annorum minus et facultativam additionem poenae dictae »cancan”, jure

(1) Art. 147. al. 4. coll. art. 165, de stygmate.

nostro mutatae in fustigationem sive infamiam sive publicam expositionem. (1)

Codice Francico tantum dicebatur »elle est datée." Cum ibi praecesserat »la lettre de change est tirée d'un lieu sur un autre." (2) loci enunciatio jubere non rursus opus erat legislatori, quod »tirer d'un lieu sur un autre" postulat eorum locorum citationem.

»WAARBIJ DE ONDERTEEKENAAR."

trassans nimirum.

Subscriptio requiritur, tamquam unus modus probandi in cambio possibilis et permissa. Subscriptio non amplius est modus quo pactum in contractum abit, sed tantum requiritur ut de voluntate contrahendi constet in iis negotiis, quae 300 florenos superant (3), nonnullis aliis contractibus exceptis, quae tantum scriptura probari possunt.

Naturae cambii et ejus origini respondet omnis exclusio contractus nisi per scripturam. Cambium, constans inter homines sibi alienos, diversae nationis, testimonium orale non admittere potest, ejus origo prolecte erat epistola, quae, ut supra dixi, inserviebat tamquam nuntius, tamquam testimonium justae solutionis et tamquam apocha. Si igitur cambiales obligationes tantum scripto constant, trassantis subscriptio praesertim requiritur tamquam principaliter obligati. Providens mercator litterae cambialis, acceptandi causa praesentatae, inspicit subscriptionem tras-santis, a quo pecuniam accepit solvendi litteram causa, cui

(1) Cf. „Besl." 11 Dec. 1813, art. 11.

(2) „Cod. de Comm." art. 110. Accedit notio verbi „date" cf. „Dict. de l'Acad."

(3) Cf. „Burg. Wetb." art. 1933.

eam debet vel cui — ob quamdam causam — solutionem per acceptationem promittit. — Quod valet de trassato, valet etiam de ceteris emtoribus sive proxenetis: multum enim refert num tantum actionem habeant de restituendo si littera non solvit, an vero etiam spem habeant hanc actionem effectus pecuniarias producturam. (1)

Trassanti uni officium subscribendi incumbit neque ceteri subscribere sunt obligati, quod

1°. trassatus, postea tantum per acceptationem acceptans factus, se erga ceteros ad solutionem obligat. Provisio, si secundum legem nostram adest, (2) omnino erga trassantem, cum hic, acceptatione non subscreta, praesentanti restituere summam et sumtus tenetur, ad indemnitatem trassatus cogitur; sed haec actio ceteros non spectat, quibus tantum acceptatione obligaretur. Actio trassantis erga trassatum non acceptantem est praeter jus cambiale. Variae enim causae — ut supra dixi — ducere possunt trassatum ad recusandam acceptationem, quarum cognitio hic non requiritur. — Sufficiat hic dicere, statuere legem nostram, missionem pecuniae, eo consilio ut litterae cambiales inde solverentur, vel extans debitum aequale, jus dare trassanti in indemnitatem, si trassatus non acceptat. (3)

2°. praesentans, qui tamquam persona tantum per consequentiam obligationi ergo trassantem et trassatum accedit, in hoc contractu unilaterale, subscribere non requiritur.

Si postea per indossamentum praesentans subscribit, eum hoc non facere tamquam personam cui pecunia promit-

(1) Phoonesen op. laud. II. 18. 19.

(2) Cf. „Wetb. v. Kooph.” art. 107.

(3) Cf. „Wetb. v. Kooph.” art. 407. 113.

titur sed tamquam indossantem, recte tenendum. Excepta provisione, necessitudo aequalis ei et indossato inest qualis trassanti et ei ipsi fuit et manet.

Cum scribere quis non potest, vulgo putatur crux ab eo imposita, duorum attestacione accedente, subscriptio nem substituere. Talis substitutio nullo nititur fundamento, igitur alio medio utendum ei est; Hollandus et Francicus cambiale perficiant litteram coram Notario perfectam, (de qua supra) Germanus crucem imponat » Gerichtlichen oder Notariellen Beglaubigung» praeditam. — Simplicissimum medium sane est alium mandare, scribendi compotem, (quod ore fieri potest (1) — ne obliviscatur quis scriptura probandi onus super f'300.— trassare pro nobis litteram cambialem. Hujus rei in itera cambiali mentio non requiritur, sed fiduciae, veritatis et securitatis causa — quamquam mandans cambialitera diri non possit — praestat pro sumptis alienis (voor rekening van....) trassare, quae ratio expresse lege nostra, (2) Francica (5) et multis ceteris est permissa.

Falsum dupli modo huic contractui inesse potest, nimirum aliquis, qui, viventis hominis subscriptionem imitans vel exstantem subscriptionem in eam alterius exstantis personae mutans, sibi litteram cambialem procurat, jam ante venditionem vel traditionem, quocumque titulo, falsum fecit. Ante indossamentum tamen tantum publicae actioni subest, quod nemo damnum sensit, quamquam periculum imminebat. Si vero hominis non exstantis subscriptionem imitat, fal-

(1) Cf. „Burg. Weth.” art. 1830.

(2) Cf. „Weth. v. Kooph.” art. 101, litt. e.

(3) Cf. „Cod. de Comm.” art. 111, al. 2.

sum non fecit, quod mutatio veritatis — (» altération de la vérité") veritatis defectu — non adest; (1) si vero litteram alteri tradit tamquam perfectam aliasque laeditur, praeter suam correalem obligationem ad plenam tenetur indemnitatē, non tamquam falsarius sed tamquam is, qui alteri per factum injustum damnum infert. (2) Patet trassatum non acceptaturum neque soluturum, nisi de provisione idonea caverit praesentans, qui trassantem creavit inanem.

» IEMAND LAST GEEFT" — quod verbis » UEd. gelieve te betalen" exprimitur.

Eum qui rogatur a trassante solvere, nullo jure cambiali teneri nisi acceptaverit, supra demonstrare conatus sum.

Restat disquisitio num juris necessitudo inter trassantem et trassatum revera respondeat obligationi quae mandato contrahitur.

Duplex hac in re facienda videtur distinctio in antiqua et hodierna conditione cambii et in varia necessitudine, in qua trassans et trassatus praeter litteram cambialem i. e. ante acceptationem circa se invicem versentur. Praesertim hic cavendum est ne necessitudinem, quae e littera cambiali ipsa oritur, misceamus cum illa, quae extrinsecus ante acceptationem exstat.

Cum olim cambium negotium erat, quod agebatur tantum inter tres vel quatuor partes, praesentante semper domino litterae cambialis, cum practerea cambium semper requireret debitum, quo aliud solveretur debitum — ignorata adhuc acceptatione propter fidem de restitutione a tras-

(1) Cf. „Cod. Penal" art. 132 et ibi Rogron.

(2) Cf. „Burg. Wettb." art. 1401 coll. „Cod. Civ." art. 1382.

sante, (credet) vel propter missas alias litteras cambialis vel quascumque valores (1) — cum summatim cambium constitueret actionis venditionem, juncta fidejussione de debito a trassante praestanda, tunc profecto necessitudo trassantem inter et trassatum mandatum esse dici non poterat. Quaerendum enim praesertim hoc tempore erat, quaenam oriretur necessitudo inter creditorem et debitorem, cui alium sibi substituerat littera cambiali creditorem. Quamquam talis necessitudo similitudinem quamdam cum mandato habeat, quia in ambobus res alicui gerenda comittitur, natura tamen differt. Novatio enim, nullum mandatum in tali casu aderat. Trassans qui litteram scribit et trassatus qui acceptat, inter se constituunt prioris debiti in alterum transfusionem et translationem. (2) Neque subrogationis mentio hic fieri potest; diverso enim vinculo juris tenetur acceptans erga praesentantem quam teneretur si debitor erat cessus erga cessionarium. Praesentans utitur jure cambiali et ejus severitate, cessionarius jure cedentis et ejus privilegiis.

Ratio, qua hodie plerumque adhibentur litterae cambiales, non requirit ut debitum existat, efficitque ut necessitudo inter trassantem et trassatum diversa sit pro varia conditione, qua sibi extrinsecus sunt conjuncti. Hae variae conditiones ad duas species omnes referri possunt; trassatum nimirum debitorem esse trassantis, nec ne. —

(1) Anglia Franciae XIX^o saeculi initio magno detimento misit merces, ut pro iis £sterling emere possent Lutetia Parisiorum valde viles. Haec operatio praeter detrimenti restitutionem quaestum dabat extensem.

(2) Cf. I. 1. Dig. (XLVI. 2.) „de Novat. et Delegat.”

Si debitor est, necessitudo, in antiquo cambio demonstrata, vera est: etiam in hac causa, mandatum non adest; si vero debitum non adest — sive fides habetur de indemnitate (crediet) sive provisio jam adsit — mandatum non esse dici non potest; quod trassato res gerenda committitur, quam per acceptationem ex officio atque amicitia (1) tamquam mandatum sibi negotium suscepturum promittit.

Praesentantis ratione diversitas non adest in necessitudine, quae ad acceptationem dicit, per acceptationem unam trassatus ei obligatur.

Hanc novationem — si debitum aderat — consentire *debere* magis fluit e mercatorum usu et eorum jurisprudentia, quae debitum et solutionem sibi necessario apposita atque adjuncta fingit, quam ex obligationum natura. Cambialiter enim severius tenemur quam civiliter, nemini invito debet fieri causa deterior.

Tenendum praesertim est, trassatum ante acceptationem juri cambiali non subjici, neque necessitudinem inter eum et praesentantem oriri.

Legislatio nostra (2), Francica (3) et pleraequo aliae, plurimique auctores (4) necessitudinem putant esse mandati, Germani nonnulli eam putant esse accessionem acceptantis, nomini a trassante et indossantibus in praesen-

(1) Cf. I. 4. Dig. (XVII. 1.) „Mandati vel contra.”

(2) Cf. „Web. v. Kooph.” art. 100. 140. coll. 158, poenam statuens in mandatum egredientem.

(3) Cf. „Cod. de Comm.” art. 144 etc.

(4) Treitschke, „Encyklopädie des Wechselr.” voce „Acceptant” § 8—15. Pothier, „tr. des ch.” IV. § 44. Heinecc, „Jur Camb.” III. § 11. etc.

tantis favorem constituto, Einert fidejussionem putat. Hae ultimae sententiae constituere videntur juris quemdam similitudinem in obligatione acceptantis et indossantium erga praesentantem; cum tamen per acceptationem trassati, nomini hic accedat, quod creavit trassans, una cum indossantibus (quamquam hi omnes sunt fidejussores correales, (solidaire) acceptans vero principaliter obligatus) re vera eodem modo non teneri videtur. — Si non solvit, cambialiter indemnitatem non rogat acceptans, cum ejus sit solvere; si honoris causa solverit, restitutionem petere potest, sed nunquam jure cambiali. — Quamquam acceptatio semel facta inquisitionem de ratione eur facta sit impedire videatur, provisionis theoria minime est repudianda ab eo, qui naturam inquirit necessitudinis inter acceptantem et trassantem et inter indossantem et trassantem; Indossans de pretio, quod semel fortasse restituere cogitur, praesumitur satisfactus, trassatus vero indiget provisione. — Indossans, qui emit, pretium omnino solvit, quum vendidit, rursus accepit, quamquam sic res ei nihil fortasse profuerit, nihilominus tenetur de solutione, videtur igitur trassato provisione non praedito similis; sed animadvertisendum, trassato, qui acceptavit, semper officium solvendi incumbere, indossanti tunc tantum, cum litterae cambiales solutione non honorentur.

Hoc loco vulgo rogatur, num trassatus et trassans iidem possint esse? Vulgo respondetur socios mandatarios universales diverso tablino (kantoor) ejusdem (trassantis) praepositos, etc. eosdem non haberi et recte igitur trassatos institui. — Rogatur porro, num trassans sibi ipsi litterarum cambialium solutionem committere possit, respondetur vulgo fieri hoc posse, cum litterae cambiales promisso

(promesse) aequiparanda videntur. Num huic quaestioni affirmative respondendum sit, salvis erroribus, negandum mihi videtur. — Quamquam litterae promissoriae et litterae cambiales eodem munere fungantur in commercio, earum natura est diversa, nimis diversa, quin una oratione comparari possent. Aliud est promittere, aliud est rogare solutionem, cautio trassantis, quamquam sit correalis, manet subsidiaria.

» om eene daarin UITGEDRUKTE GELDSOM.“

Haec pecunia potest enunciari moneta, quae loco solutionis adhibetur, vel moneta alias regionis vel denique moneta imaginaria, ut » Ponden Vlaamsch.” Enunciatio monetae, quae loco solutionis non usurpat, in ordinariam ejus loci monetam reducitur, nam domicilium trassati regit monetam (1). Plerumque ea moneta exprimitur, in qua debitum est initum, pendet a partium arbitrio.

Pecuniam tantum, non merces, litterarum cambialium objectum esse posse, negotii consilio et cambii naturae respondet.

Pecuniam tantum, non obligationem (inschuld, vorde-ring) cambii objectum esse, recte tenendum est. Non nulli negant pecuniam esse mercem, cum ejus pretium tantum esse dicunt. Sed usurarum diversitas pro variis locis, temporibus, conditionibus, extraneae monetae pretii (koers) variatio, libri nummulariorum, (bankiers) summatis ea pars commercii, quae peculiari nomini » geldhandel“ vocatur, omnes negationem repudiant, pecuniam mercem esse, cuius pretium etiam rogatione et oblatione consti-

(1) Cf. „Weth. v. Kooph.” art. 156 al. 2. 485. „Cod. de Comm.” art. 143. Locré „esprit du Cod. de Comm.” ad. art. 143.

tuitur. Si cambium perficitur, proxenetae, nummularii vel mercatorii non est consilium principale *litteras* emere *cambiales*, et per eas, pecuniam in alia urbe, sed emit *pecuniam extraneam* per *litteras cambiales*. *Litteras cambiales* per se exstare, a necessitudine trassantis et trassati cambii obligationes non oriri haec satis demonstrant, nunquam quaeri posse de actione vendita, si obligationes e litteris oriundae in alterum transferuntur, dominus iis fruitur e litterarum substantia sed non propter necessitudinem inter trassantem et trassatum. Si fortasse cambium inservit trassanti, ut debitum a trassato exigat, similitudinem omnino litterae *cambiales* cum cessione actionis habent, differunt vero debitoris notificatione (beteekening) et cautione de solutione, quarum prima in cessa actione requiritur, (1) secunda valde expressis indiget stipulationibus, restrictiva sancita interpretatione (2).

Quodsi cum litteris *cambialibus* conferimus alias chartas, quae pecuniae numeratae vices susstinent, dicendum est apostas nummularias (bankpapier) pecuniam repreäsentare in area nummularia depositam, eas vero chartulas, quae »kassiersbriefjes“ audiunt, praesumi similiter pecuniam referre, apud has mercatorias personas depositam, sed litteras *cambiales* omnino non sic repreäsentare pecuniam alicubi, sive apud trassantem, sive apud trassatum depositam.

Quaeritur nunc, quomodo fiat repreäsentatio ejus quod non adest, ab eo, qui e. g. repreäsentationem per »cognoscementen“ spectat. Omnis repreäsentatio est fictio, quae

(1) Cf. „Burg. Wetb.“ art. 668, al. 2.

(2) Cf. „Burg. Wetb.“ art. 1570—1572.

vim suam hausit e potestate, quae exerceri potest; i. e. quae arcte cohaeret cum possessione. Haec cum tantum spectat disponendi facultatem, constat facto, cuius natura non ulterius est spectanda quam eo usque, ac »die Einwirkung“ attinet. Dominum (houder) litterarum cambialium, quae quoquaque temporis momento alienari ideoque solvi possunt, de ea disponere non posse, statuere quis non potest.

»In eene ANDERE PLAATS“
ne cambia sicca admitterentur, ne assignationes (assignatiōnē) cambii locum tenere viderentur.

Creditoribus, quo certiores sint de debiti solutione, cum acquiratur jus coercionis corporalis (1) e littera cambiali, per litteras siccias conabantur hoc jus extendere in favorem civilium debitorum. Juris publici territorium (2) sic injuste (3) intrantibus terminus opponebatur his duabus legibus: cambia sicca esse prohibita, et nomen vel locorum fictioni, juris cambialis severitatem non concedi (4).

Distantia inter diversa loca requisita recte non additur. Horae distantia enim cambium creare potest, diei distantia fingi potest in vulgari obligatione. Bona fide semper praesumta, (5) debitori, coercionem corporalem vitandi causa (6), probanda est locorum fictio.

(1) Cf. „Weth. v. Burg. Regtsv.“ art. 585. 586.

(2) Cf. „Grondw. v. h. Koningr. der Ned.“ art. 3. al. 1.

(3) Cf. „Alg. Bep. etc.“ art. 14.

(4) Cf. „Weth. v. Kooph.“ art. 102. al. 1. „Cod. de Comm.“ art. 112.

(5) Cf. „Burg. Weth.“ art. 1364. al. 2, etc.

(6) Cf. „Weth. v. Burg. Regtsv.“ art. 586. 2°.

Locum solutionis non semper acceptantis domicilium esse, probat usus cambiorum domiciliatorum, praesertim in favorem earum urbium introductorum, quibuscum commercium cambiale non adest. Trassatum urbem habitare cambiale, litteram ibi acceptationis causa esse presentandam, trassato incumbere officium curare solutionem in altera urbe, hoc loco diei sufficiat. Ceterum non semper acceptans solvit suo domicilio, sed adsignat nummularium (bankier) vel »kassier» vel alium eundem locum habitantem, qui litteram solvat, quod fit plerumque in acceptatione.

» OP OF NA ZIGT, OF OP EENEN BEPAALDEN TIJD.»

Significatio in examine practico est demonstrata. Nonnulla restant memoranda:

1º. vetustissimum tempus solutionis fuisse definitum, in feriis sive nundinis. Earum opportunitate et earum causa praesertim enim cambium ortum est, *praesertim* dico, quod hujus negotii origo nunquam recte statui potest, quod exstitit inter amicos, antequam curae civitatis objectum esse posset.

2º. rationem temporis computandi, quae discernitur novo et veteri stylo: in litteris cambialibus e. g. Russicis vetus, in aliis novus stylus adest. Vario modo computatio locum habet, prouti tempus solutionis — aliquot diebus post editionem — computetur ante sive post reductionem ad terminum solutionis. Littera e. g. 2 mensibus solvenda ^{23 Februarij} _{7 Maart} 1848, computata ante reductionem ad diem solutionis, 7 Maji mensis die solvi debet, si vero priusquam ad 25 Aprilii mensis diem reducitur, 5 Maji mensis die solutio est petenda. —

3º. Litteras, quarum solutio pendet a presentatione,

quarum terminus solutionis igitur in potestate domini (houder) cambialium litterarum est, requirere tempus definitum intra quod acceptandum, ne cautio trassantis et indosantum in infinitum protrahatur. Hujus loci non est hujus rei disquisitio, sufficiat animadversio tempus definiiri sive unum idemque omnibus regionibus (1), sive varium, ratione habita locorum distantiae (2), sive nullum concedi tempus et repentinam acceptationem requiri (3).

4º. Praesentationis testimonium (gezien) in fere omnibus legibus simul acceptationem continere videri, in litteris cambialibus, quae solutionis diem statuunt, inde a »zigt;» in aliis vero legibus presentationis testimonium (gezien) dantem, non praesumitur acceptasse.

5º. A mercatoribus solutionis tempus valde attendi, quod pretium (koers) minuit vel auget, prouti propior vel remotior solutio litterarum usurarum computationem mutet et periculum de solutione sive indemnitatis praestatione majus minusve reddit.

6º. Leges nonnullas acceptantem, ante diem solutionis solventem, periculo submittere, quod inde fortasse oritur (4). Usui computationis usurarum in mercatorum libris dato-

(1) Cf. „Han. Wechselordn.” § 20. 12/m. „Pruiss. Landr.” II. 8. § 791. 18/m. „Weim. Wechselordn.” § 48. 12/m.

(2) Cf. „Wetb. v. Kooph.” art. 116. „Cod. de Comm.” art. 160 et legem 19 Martii 1817. „Codic. Hispan.” art. 479. „Bremer Wechselordn.” art. 44—49.

(3) Cf. „Breslauw. Wechselordn.” art. 18. n°. 3. „Leipziger Wechselordn.” § 28. „Oostenr. W. O.” art. 35.

(4) Cf. „Wetb. v. Kooph.” art. 158. „Cod. de Comm.” art. 144.

rum et acceptorum (rekening-courant) et priori solutioni per »disconto” ab acceptante facta, aliena est constitutio, quae originem duxit a stricte observata mandati obligationi inter trassantem et trassatum acceptantem, quae acceptantem ante tempus solventem mandatum egredi putat.

» AAN EENEN AANGEWEZENEN PERSOON OF DESZEFLS ORDER
» TE BETALEN ”
nimirum praesentanti.

Si litterarum emtor earum dominus (houder) manet acceptandas et solvendas eas trassato et acceptanti praesentet, si alio indossat cautionem praestat de restitutione.

Denuo animadvertisendum videtur, jus cambiale non attinere titulum, quo quis fiat praesentans. Praesentantis jura et officia cambium attinentia oriuntur non ex hoc titulo, sed e litteris ipsis, quae ei propter titulum sunt traditae. Acquirit pecuniam, quam emit sive quae ei donata est sive quocunque modo, per litteras, haec ei imponunt officia, tribuunt jura peculiaria. Titulus sit vitiosus, res ipsa valet; de titulo conveniri potest, non tamquam praesentans sed tamquam emtor sive donatarius sive cuiusvis relationis sit.

Nonnullae leges (1) statuunt — litteris cambialibus natura commercio destinatis — adjectionem nomini praesentantis (nemer) vel indossati »aan order” non requiri, sed contra litteras commercio eximendos, re vera expressum »niet aan order” continere oportere. Aliae vero

(1) Cf. „Pruiss. Landr.” II. 8. § 829. „Weim. Wechselordn.” § 29. „Bremer Wechselordn.” art. 17. „Deutsche Wechselordn.” II. 1. § 4. N°. 3. II. 2. § 15.

statuunt — ut lex nostra (1), Francica (2) et aliae — ne litterae per indossamentum tradi possint, nisi adjecta expressa ejus facultate, verbis »aan order” sive simile quid. Quamquam prior sententia naturae cambii magis respondet, posterior magis respondet naturae negotii, quod privatus sibi proponit litteras trassans cambiales. Nobis non est decernere, num rei, quae ubicunque in usu est, praeter necessitatem mutatio suadenda sit. — Traditio per indossamentum secundum plerasque leges fieri debet ante solutionis tempus (3), secundum alias etiam post eam diem valet (4), alii auctores (5) negant vim juris cambialis, quamquam indossamenta putent efficacia »il n'y a plus à proprement parler de lettre de change, il y a seulement créance dérivant d'une lettre de change,” alii (6) juris cambialis severitatem tantum iis tribuunt indossamentis, quae inter indossantes atque indossatarios, qui post solutionis diem secum contraxerunt, sunt inita. Indossamentum post protestum valere non potest, quod tune agitur non de summa accipienda sed de indemnitate. Addenda hic videtur juris internationalis regula, contractus naturalia a partibus non sancita, suppleri lege loci, ubi conventio

(1) Cf. „Wetb. v. Kooph.” art. 133.

(2) Cf. „Cod. de Comm.” art. 126.

(3) Cf. „Wetb. v. Kooph.” art. 133. „Braunschw. Wechselordn.” 1715. art. 42. „Hamb. Wechselordn.” art. 51.

(4) „Pr. Landr.” II. 3. § 825, 826. „Weim. Wechselordn.” § 41. „Bremer Wechselordn.” art. 29.

(5) Nougrier, ad art. 136. „Cod. de Comm.” Rogron. ibid. Pailliet ibid. contrarium statuit.

(6) „Deutsche Wechselordn.” II. 3. § 16.

locum habuit. Sic litterae cambiales Amstelodami » ohne obligo » indossata, nihilominus solvi ab indossanti caeventur.

In quibus casibus et ob quas causas trassans se ipsum vel suum cessionarium (order) praesentantem scribere possit, memorata sunt in examine practico.

» MET ERKENNING VAN ONTVANGENE WAARDE, OF VAN WAARDE

» IN REKENING.»

Francica lex, (1) praeter hanc declarationem de valore (valeur, Werth, valuta etc.) ejns speciei requirit mentionem: » valeur reçue en marchandises, en compte etc. » vulgo ibi omittitur vel falsa additnur species; potius enim silent mercatores sua non publica negotia; quod impune facere possunt, quod *facto* effectu non carent quae *jure* iis ademta est. Quaerela enim vulgo tantum ei competit, cuius interest rem salvam fore, tribunalia severitatem in legis applicatione non adhibent.

Aliae leges declarationem totam censem omittendam tamquam inutilem, falsarum matrem opinionum, nullo nitentem fundamento.

Secundum nonnullos (2) declaratio adesse debet, ut contractui cambiali causa adsit, cum in quoque contractu ea requiritur (3).

Verum est in omni contractu debere causam adesse; contractus vero, cuius causa adsit, non est littera cambialis sed est is, qui praecedit litterae cambialis traditionem. Mihi e. g. ementi monetam Berolinensem per

(1) Cf. „Cod. de Comm.” art. 110.

(2) Cf. Pothier, „contr. de ch.” N°. 73. Phoonsen, o. c. XLI. 35. Heinecc, o. c. VI. 46. Delvincourt, p. 75 nota 7 etc.

(3) Cf. „Burg. Wetb.” art. 154.

litteras cambiales, contractus cuius causa adsit, non adest in litteris, sed est ipsa emtio-venditio, cuius merx est pecunia, quam repraesentat littera cambialis, quae per se mihi creat jura et officia. Num e. g. domus (quam emi) refectionis obligatio corrueret, quod emtio causa indigebat? De causae significationis incertitudine et de ejus necessitate dubitationem movere hujus loci non est. — Valor acceptatus, qui causam constitueret, non est datus pro littera sed pro pecunia, littera enim tantum est medium.

Jurisprudentia hujus causae mentionem requirere, fundamento privat, acceptati valoris declarationi negans non tantum praesumptionem juris et de jure, sed etiam praesumptionem juris; quaeritur igitur, quomodo cohaerent lex, tamquam causam contractus, jubens declarationem, et jurisprudentia causae expressionis nihil faciens, litteras nihilominus ipsas non privans efficacia.

De emta littera »causa“ exprimi posset, de littera missa provisionis causa, »waarde in rekening“ etiam »causa“ scribi posset, quomodo vero de littera, quae donationis causa traditur? Verba »valoris acceptati“ tantum insint — dicitur — : praesentanti littera inservit. Haec »causa“ addita tunc sane est falsa.

Mercatura requisivit vulgarem jurisprudentiam, quae (contra legis placitum) litteram cambialem sine declaratione, in favorem tertiorum salvam manere jubet, contractu tantum inter trassantem et praesentantem sive indossantem inter et indossum rescisso. Haec jurisprudentia non legem praecessit, sed eam rei naturae assimilavit, quae litteram per se jurium et officiorum fontem cognoscit.

Alii putant declarationem necessariam, ne revindicari possent a venditore mercium, quarum pretium solutum non est, quo tertiorum jura laederentur. — Casus vero, in quibus »reclame» permissa est, nimis stricte circa litteras cambiales sunt praescriptae (1), quin e causa quae deest permitti posset (2).

Alii putant declarationem necessariam, ne abeat littera in mutuum. — Quidni vero mutuum litterae cambiali originem daret? Trassatus qui acceptavit fit mutuo dans, condictione mutui (jure Romano) repetit indemnitatem vel potius restitutionem a trassante. Litteram cambialem vero hoc negotium non attinet, trassans cautionem praestat, non tamquam mutuans, neque acceptans solvit tamquam mutuo dans, jure cambiali, quod una littera constat, ambo tenentur.

Diligenter vero tenendum est nostram legem, ut ceteras plerasque, requirere expressam declarationem et praestare igitur, legi etiam minus justae se submittere, quam (a jurisprudentia incerta ejus rectificationem sperantem) rei naturae se conformare.

Causa, quae mentionem creavit, valoris acceptati adest in veteri usu litterarum cambialium, quae tantum obligationis solutioni inserviebant. Haec mentio securitatem praestabat praesentanti (nemer) de solutione, pretii solutionis testimonium erat, quae hodie peculiari apocha (quitantie) probatur. —

(1) Cf. „Web. v. Kooph.” art. 242. 243. „Web. v. Burg. Regtsv.” art. 721 sqq.

(2) Cf. Rogron ad art. 110. „Cod. de Comm.” voce „valeur fournie.”

Franciae legis (1), quae speciem in qua valor est acceptatus requirit citare, consilium erat, ne mercatores qui foro cesserant (faillite) litteris cambialibus uterentur in fraudem creditorum, ut e. g. uni alterum praferrent vel ut pecuniam acquirerent.

Nonnunquam verba solemnia »waarde ontvangen” vel »waarde in rekening” mutantur. Prudentia hic commendanda videtur, ne verba, quae non similia judicantur, litteram fortasse vitient. Talis mutationis licitae exemplum est: si debitor Londinensis mihi Amstelaedamensi litteras promissorias (promesse) misit, in quibus errorem fecit, ego in eum trasso litteras cambiales justam continentes summam, declaratione addita »waarde in mij zelven.” — Illicitae mutationis exemplum est »valeur entendue” quae olim in Francia usitata erat, recte vero nunc ibi vitiosa habetur.

Litterae cambiales a registratione liberae, sigillo subsunt. Lex ultima 3 October 1843, Staatsbl. N°. 47, art. 21, 27, cum legibus 22 frimaire an VII. 31 Maji 1824 et 16 Junii 1832 etc. ea de re statuunt. Pretium sigilli hic commemorari m. a. non oportet.

Cambialibus litteris extraneis sigillum addatur secundum »circul. v. h. Bestuur der Registr.” 6 Dec. 1828.

(1) „Ordonn.” 1673. Tit. V. art. 1.

Quamquam litterae cambiales sigillo non praeditae nullae non sunt, ut in aliis civitatibus (1), in judicio et quaque juridica persecutione (protesten) adhiberi non possunt, priusquam sigillo sint munitae. Sigillo autem ita muniri nequeunt nisi soluta multa quae quinquies continet ordinariū sigilli pretium. Ut sigillum et ejus multa vietentur, plerumque trassatus, cui offertur acceptandi causa, rogatur, num cupiat sigillum. — Alii, ut Francici, ab intio solent uti charta sigillo praedita, quod summae expressae respondet. —

(1) e. g. in Anglia.

LITTERARUM CAMBIALIUM CUM ALIIS INSTRUMENTIS
COLLATIO.

Litteris cambialibus similes sunt:

Litterae promissoriae, promessen sive orderbriefjes, eigene Wechsel, billets à ordre. — Promessen aan toonder sive in blanco.

Assignatiën.

Kassiersbriefjes, quae in Francia, absentibus mensariis, (kassiers) non adsunt.

De promissis supra jam vidimus. A nonnullis dicuntur originem duxisse a promissione litterae cambialis tradendi (pactum de cambiando a nonnullis dicitur, illud sic separantibus a contractu cambiali, quod alii vocant ejus causam). Indossatae, similes sunt litteris cambialibus acceptatis (1), praeter verba »ik neem aan” pro »UED. gelieve etc.” praeter coercionem corporalem, quae, ut in chartulis mensariorum, (kassiersbriefjes) tantum tribuitur in rebus mercatoriis (2) et praeter casus, in quibus applicatio — opportunitatis defectu — adesse non potest.

Promissa *in blanco* tractantur in art. 227. 228 Cod. nostri Comm. Forma similes sunt vulgaribus promissis praeter nomen praesentantis verbo »aan Toonder” expressum, effectu similes sunt chartulis mensariorum. (kassiersbriefjes).

(1) Cf. „Wetb. v. Kooph.” art. 208. 209. Pothier, „contr. de ch.” №. 215. „Cod. de Comm.” art. 107. 108 et commentar.

(2) Cf. „Wetb. v. Burg. Regtsv.” art. 586. №. 3.

VII.

Litterae cambiales pecuniam non repraesentare dici non possunt. Cf. l. 1. § 21 D. de adq. poss.

VIII.

Solutio litterarum cambialium, postquam ab acceptantibus est negata, peti debet ab iis, qui solutionis gratia adjecti sunt, (noodadressen) etiam ab aliis quam trassantis.

IX.

Facultas tributa minus perfecte indossato, litteras cambiales per indossamentum aliis tradendi, non unice fictione mandati nititur. BW. 1836. 1844. al. 1. W. v. K. 146.

X.

Praestat in plurimis causis politicis transactione, quae vitiosa sunt, corrigere, quam nova continuo constituere.

XI.

Corporis Juris fragmenta in judicio non nisi prudenter sunt adducenda; quaestionem per se dirimere non possunt, sed facem saepe pro nobis ferunt, etiam in nostrae legis difficultibus solvendi.

XII.

Non faciendum mihi videtur cum sententia l. 60. § 1. D. „mandati vel contra” quod attinet Titii heredem in Titiae heredes actionem non habere negotiorum gestorum; cum, insciente Titia, Titius fidejusserit de ejus stipulatione et eam, a Titia non solutam, creditori praestiterit. Cf. l. 2 D. „de neg. gest.”

XIII.

Duabus conjugibus in secundis nuptiis nihil habentibus, quod in commune conferrent, quaestio de circumscripta donandi testandique facultate adesse non potest. BW. 236.

XIV.

Communionis repudiatio, post matrimonium franca lege initum, intra mensem post ejus solutionem, a vidua, quae eam cognoscit, fieri debet. BW. 188, C. C. 1457, W. Ovg. 38, A. B. 10.

XV.

Clausula in testamento, statuens: partem repudiantis filii filiaeque in coheredes non accrescere sed portionem legitimam eventuali hac repudiatione minui, quasi repudians nunquam extiterit, ex uno testamento juris efficaciam habere non potest, quamquam rei naturae congrua. Cf. BW. 960. 961. 1105, A. B. 14.

XVI.

Tributum registrationis in dividenda hereditate propter maiorrem, quam pro indiviso oportet, rerum immobilium adjudicationem et ejus computationem pecuniariam, (toescheiding) recte tamquam „overbedeeling” sive „soulte” exigi videtur.

XVII.

Contractus, qui dicitur „tijdkoop om te leveren of te ontvangen” civilem — praeter naturalem — obligationem parit ad tempus usque, quo negotium probetur inanis emtio venditio (windhandel) quae non est praesumenda.

XVIII.

Quamquam mercator foro cesserit, (failliet) uxori tamen potest auctoritatem praestare.

XIX.

Ratio, qua immobilium fit executio, (uitwinning) mihi probanda non videtur, quoad locum ubi venditur et personas, quibus licitari licet, attinet. Cf. W. v. B. Rv. 523. al. 1. 524.

XX.

Instructio (instructie) criminalis vitiosa, quae in memoria suggestionis non commemoratur, eo silentio approbari mihi non videtur. Cf. W. v. Str.v. 124.

I N D E X.

CAMBII NATURA	pag. 7.
PRACTICA LITTERARUM CAMBIALIUM RATIO	» 14.
THEORETICA LITTERARUM CAMBIALIUM RATIO	» 20.
LITTERARUM CAMBIALIUM CUM ALIIS INSTRUMENTIS COL- LATIO	» 47.
THESES	» 49.
